R. G. ADAMS

Questo libro composto di libretti
trentanove ha un gran valore.
Il suo piu gran pregio consiste nella
lettera di Cristoforo Colombo in lingua
Spagnola.



Thomas Randolph Adams

The John Carter Brown Library

GIFT OF

Thomas R. Adams

The John Carter Brown Library

GIFT OF

[illegible] R. Adams

[illegible] et fato [illegible] [illegible] [illegible]
Seu propriis [illegible] præcedere [illegible] Olympo,
Et [illegible] tempus [illegible] [illegible] ſignis.

F I N I S.


DE LEONARDO MOCENICO VIRO ILLVSTRISS. VERONEN.

Prætura honorificè perfuncto

POLYCARPI PALERMI. I. C.

ODE

AD FLAMINIVM VALERINVM.



VERONAE,

Apud Hieronymum Diſcipulum, 1596.

RPJCB

POLYCARPI PALERMI I. C.
ODE
AD FLAMINIVM VALERINVM.

TE, quem beato lumine Delius
Luſtrauit olim, qui potis es ſacras
Deducere arcanis ab antris
Pegaſidas Heliconis vnus,
Te, cui frequentes Naiades alueo
Ducunt ab imo nunc Atheſis choros
Cantanti, & aſſurgunt, minasq;
Indomiti poſuere Cauri,
Te MOCENICVM Pierijs decet,
Vniq; fas eſt, dicere laudibus,
HEROA magnum te perenni
Docte decet VALERINE famæ
Committere: alto carmine nam leuis
Vt ales, vltra nubila tolleris,
Quandoq; ſurgentem Deorum
Sedibus inſeruiſſe iuuit

Virtute claros, aut vbi deuios
Ducis relictam laudis in orbitam,
Seu ſiſtis adductos eadem,
Mira canens, memoranda faſtis.
At magnus HEROS, Semideùm genus,
Aſſueta quorum dextra potentibus
Sceptris, triumphalesq; bello,
Quiq; toga meruere lauros:
Fulgere auitis non titulis tulit
Solùm, ſed ipſis dotibus ingeni,
Rebusq;, (proh mirùm) peractis
Strauit iter ſibi ad aſtra latum:
Innata virtus emicat; haud bona
Radice putri pullulat arbutus,
Nec gignit audaces columba,
Nec timidos Iouis ales vngues;
Sed Principis quid ſub penetralibus
Exculta clari non valeat? viget,
Creſcitq;, ceu Pinus, ſupernè
Cui faueat leuis aura, & humor.
VERONA ſæuis cladibus obruta,
Diuùmq; læuo numine, (ſic trahunt
Delicta Maiorum) piatis

Fune-

Funeribus, mihi teſtis adſit.
Nam Pax beatas tuta perambulat
(Hoc auſpice) oras, quas Atheſis rigat,
Frænata vis magna & furentum eſt,
Atque animi cecidere fracti.
Penuriam ille, & triſtia tempora,
Iramq; cœli (nauita ceu) mali,
Rerumq; ſurgentes procellas
Conſilio ſuperauit alto.
Fruges coëmptas an referam illius
(Cùm deeſſet omnis copia) prouido
Iuſſu? huc relatasq; ex propinquis
Italiæ renuentis oris?
Queis tarda Cancri ſidera torridi
Præcurrit, vt ſe ſe Irus inops alat,
Prauumq; deluſit Midarum
Conſilium, Cereremque ſeram?
Lance an malorum vt noxia crimina
Expendit æqua, iurgia ſeu fori,
Litesque clamoſi diremit,
Iudicio ſuperante fraudes?
Vinctas ſecures hic placidis gerit
Cum faſcibus, nam tollitur impius,

Paca-

Pacato at inſontes reguntur
Imperio, facilique dextra.
Hoc cauit olim prouida mens Patrum
Quos Hadrianum eſt imperium penes,
Cùm PRAETOR his lectus regendæ
Temporibus fuit vnus vrbi.
His nota virtus, & ſophia ferax
Pectus potenti, flumen & aureum
Sermonis emanans ab ore
Pro Patria grauiter loquentis;
Hinc ſerta templis ſpicea marmore
Pendent ab omni, hinc populi frequens
Plauſusque, & inſuetus pererrat
Saxa animus, gelidasque lymphas,
Proferre voces omnia geſtiunt
Laudum merenti; quin Atheſis quoque
Altè tumeſcentes ſuperbus
Agricolis minitatur vndas,
Ne nauta puppim ſoluat ab aggere,
Illumq; nobis ocyus auferat,
In noſtra cedentis moratus
Vota iter officioſus amnis.
Sed parce magne ò Naïadum Parens,

Sed

Parce, ò verende, & brachia contrahe
Extenta plus æquo; reuiſat
Iam Patrias LEONARDVS oras.
Addicta differs præmia, murice
Iam tincta veſtis Sidonio diu
Expectat abſentem, vt ſuorum
Mox capiat meritos honores.

98-106-14

J595
N479s
V.1

J595
N479S
V.1